



ILLUSTRISSIMO VIRO DOMINO D.  
**ALEXANDRO BIGOT**  
BARONI DE MONTVILLE ET DE GRUCHY,  
VICECOMITI DE BLAQUEVILLE,  
REGI A SECRETIORIBUS CONSILIIS,  
ET IN SUPREMA NEUSTRIÆ CURIA PRÆSIDI INFULATO.

**V**ANTAM hominibus cupiditatem iniciat novitas, non te fugit, **PRAESES ILLUSTISSIME**, vix datur qui sibi ab illa temperet; atque ubi hocce ornamento gloriari potest opinio quadam, potest, & de numerofa fautorum copia se se audacter jactare: quam qui expugnare contendit, non dubium modò, sed & adversum pertinere debet eventum. Hanc cum pra se ferat novitatis gratiam qua mihi venit oppugnanda, firmi me indigem tutaminis censui, tuumque ut firmissimum implorare sum ausus, nullum mihi infasatio de exitu fore metum ratus, si contigerit tigi presidio viri quem non modò Provincia columen, sed & magnum illius decus & ornamentum omnes ultrò profiterent. Illo etenim si te nomine appellare deceat, dum illius bono assidue consulis cum perillustri tuo fungeris munere, quod magnificè adeo & splendide sustinet ut dignitatem à te potius insula mutuari, quam tibi conferre videatur: hoc & te nominare magis deceat, cum amplissima generis dignitas, excellens ingenii ratio, solidumque robur, perspicax mentis acies, fulgens micansque animi splendor, liberiorum, politiorumque litterarum perfecta informatio, par denique in dicendo concinnitas, ac in decretis ferendis gravitas cuilibet admirationem movent, quibusque simul tibi duntaxat uni potiri conceditur. Quæ singula nature, virtutis, & ingenii ornamenta tuis si tutissimum comprobant presidium; officiosa qua in me hucusque suisti humanitate adducor ut & hac in disceptatione non mihi desuturum confidam qui tibi sum,

Addictissimus JOANNES NICOLLE DESFON TENES

# QUÆSTIO MEDICA.

PROPOSITA A CLARISSIMIS VIRIS D. D. DECANO ET DOCTORIBUS MEDICIS  
COLLEGII ROTHOMAGENSIS, PRO AGGREGATIONE DISCUTIENDA.

*An nova Helmontii de catharsi, & phlebotomiâ opinio medico rationali admittenda*

**E**LMENTO multiplici, non *única* dantaxat aquā, constans homo, dum debitā temperie, humorum, spirituumque motu legitimo, rectā que partium conformatio[n]e potitur, cuncta etiam vita munia ritē potest exequi. Cibi enim dentibus subacti, atque in ventriculum detrusi, ope fermenti probum vertuntur in chylum, qui sensim viſcidus elabatur pyloro, cui nec *blas liberum*, nec *motivum*, nec *monarchalis potestas* inest, fluidior verò latet[us] subit venas; atque in alveum cordis defertur: ibique perfectum definit in sanguinem. Cujus purior pars in cerebrum multos per anfractus impulsā, spiritus animalis characterem asequitur. Hujus beneficio sensum, motumque partibus impertitur anima, quae hoc potissimum in parte elucet, non autem in duumvirato sedet, nec in flotam r[el]at in lecto decumbit, aut exorbitant[er] modo inest; reliquus verò sanguis in corde perfectus, totum in corpus per arterias varios ad usus impellitur, sūisque repurgatus excrementis denuò elaborandus ad cor per venas rebeat.

**V**ERUM ubi humoribus, spiritibusque exquisita temperies, motusque affuetus deficit, tota corporis ruit economia, non autem *unicā duntaxat archei culpā*, quod merum est dormitantis Helmontii somnium. Segnitur enim cum agit in cibos ventriculi fermentum, vix ulla fit chylosis. In ipso si præpolleat aciditas, vel acredo, cruditates etiam acida & nidorosa luxuriant, & pro vario bilis, aut succi pancreatici dominio, naufex, vomitus, alii fluxus, cholera, diarrhoea atque dysenteria orientur, non verò *ubi pylorus fuit, indignatur, aut se proprio blaſ liberò pertinaciter claudit, aut præposterior reserat*. Sua quoque patitur incommoda sanguinis in corde perfectio. Sro varia crux & chyli appellentis conditione; viscidiō enim, uterque rarefactioni minus aptus lento motu imprimīt, atque inde animi deliquia, variaque pathemata quæ frigida intemperie innescunt. pubilior est contra sī cor subeat, tumultarius huic motus accedit, unde febris, quæ non, *indignati archei thymosī*, inflammations varia, affectusque fermè omnes quos calida totius intemperies detegit. Solitis à munis spiritus animales diversimodē contingit averti: unde sopores, apoplexia, paralyses convulsio, epilepsia &c. *Quæ actione regiminis, aut anodynō in diuīnū viratu veneno, cerebrum rāni precipitando, partiumque terore fieri credat qui somniis fidem adhibet.*

**Q**uisquis neglecta temperamenti, partis affectu, ambientis, vita instituti, morbi temporum, agrotantis virium, necnon siderum positionis notitiae, hisce affectibus empirice mederi aggressus est, optatos raro ad quodam  
venit ad exitus cum pro conditionum ejusmodi varietate varianda sint remedia, diversisque in diversis sequatur effectus. Nec felicior usus est forte, qui hisce non modò spretis; sed & ratione, remediiisque causam  
morbi vel alterantibus, vel minuentibus reiectis, *universali fidens remedium, irati ac succensi archei errores refutando, ipsique ruelat inscio, potestativam intro medelam admittendo quoctumque morbos fugare pollicitus est;* nec enim stetit promissis;  
nec ullus imposterum, illius insistens vestigiis, stabit magis, quam qui aurum pollicitus parare plumbo. At si columnudo verè mederi novit, qui diligenter eorum qua indicant, aut contraindicant, ratione habitâ, diver-  
sa adhibet remedia, pro multiplici discrimine causarum, que cum maxima in humorum qualitatibus vel copia vitio posita sint, illi variè alterando, huic evacuando subvenit.

**M**ULTIPICES inter humoris evacuandi modos, proficie magis nullus adhiberi potest, quam quia phlebotomia vel purgatione petetur. Ubi etenim quis, perfectè licet sanitate portatur, summam semel venit ad *debetas*; ni debita sanguinis missione minitantes avertat morbos, morte sèpè improviò rapitur. At si maximè sanis conveniat phlebotomia, ex grise potiori jure debetur. Qui enim tutius, citius, aut jucundius symptomatis, à sanguini effervescentia, aut motu insolito oriundi occurretur, quam largè quæ libuerit è venâ illius eductio: Aut quanam quo scilicet ratione, quandam in partem effusio sanguis, priorem revocabitur in alveum, aut amplior præpedictè effusio, quam dum revolutionis, aut derivationis legibus rurunt deveni: qui vitam, viresque omni arte conservandas asserit non errat, at hallucinatur idem, dum hæc unicus sanguinis copid dimetiens, ne frangantur, omnem illius derivationem prohibet, huiusque in locum tenuerit virtus rationem subicit: sensim enim cum agat, acutorum, quibus maximè venæ sectio debetur, morborum indicationibus non satisfacit.

**S**i plurima sanguinis massa vitia emenet phlebotomia, qualitate & copia peccantes excrementios humores evacuat tempestive adhibita purgatio, natusque inde affectibus medetur. Si nempe propriis vel alienis stabulentiis in vasis, labemque præ morâ, aut qualibet de cauſâ contrahant; multiplici morborum generi anſam præbent, quos unicè illorum evacuatione superare fas est; quamque Catharticum facilimè molietur, modò peccantis succi qualitatis, copia, loci, mortis, & grontatissima natura attento cum examine adhibetur. Nec metuenda virium prostratio, quam ut catharsim eventat, temere obtrudit Helmontius; excusso enim nocui, & iniustilis humoris, sub quo attrite languebant, dominio, facilitori queunt negotio refici, nec illi fides adhibenda, cum innocentes succos catharticorum medicaminum ope educi posse negat; at tenellum diutaxat è mezaricia emittit cruentem, atque pro vanâ purgantibus veneni indole corruptum exserui afferit, cum & ipse sensibus, rationi, & experientia fidem detrahatur.

Ergo nova Helmontii de catharsi, & phlebotomi à opinio medico rationali non admittenda.

## *ASSERTIONES.*

Nulla pars sanguine nutritur.

Semen fit è sanguinis sero.

### Febri intermitenti emeticum.

Periaptis jucundè, Chymicis citò, Galenicis tutò remediis tolluntur morbi.

PROBLEMATAS

## An Catarrhi à cerebro?

## An febres à pancréate?

## An hydrops ab Hepate?

## An suffocationes ab utero?

PARADOXA.

*Arte medicâ nulli sanantur morbi.*

Quæ sanitatem servant ipsam destruunt.

## Morbos parit Medicina.

Sanguinem non minuit venæ sectio,

D.D. Propugnabit Rothomagi Magist. JOANNES NICOLLE DESFONTENES, Postor Medic. Monspel. diebus xv. & xvi. Maii, A.D. M.DC.LXXI. à secundâ r̄vespertinâ

## IN AULA MAJORE CARMELITARUM.